



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvtae, Sive Considerationes Piae, Praecipuam
Spiritualis Vitae Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

278. feria 6. de Iustitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

494 *Feria 6. Domin. 15. post Pentecost.*
nari. 11. In externis functionibus, quantum
in se est, abjectiora complecti. 12. Se ipsum
in conspectu Dei, & hominum tanquam fo-
tens cadaver reputare, quod omnes fugiant,
& horreant. Deprecabor meam superbiam,
& jactantiam, dolebo causam esse me tan-
tae humiliationis Christo. Petam Dominum
meum ex toto imitari. Juxta definitionem
Humilitatis à S. Ignatio. factam B. Mariae
Magdalenae de Pazzis. *Humilitas est conti-
nua cognitio sui non esse, & continuum gau-
dium in omnibus illis rebus, quae possunt indu-
cere nostrum contemptum.*

MEDITATIO CCLXXVIII.

Feria 6. Domin. 15. post Pentecost.

De Iustitia.

Aspiciam Dominum IESUM perfectentem
voluntatem in ordine ad alios, de qua
frustra tentatus fuit à petentibus vestigal
dicens: *da eis pro me, & te.* Matth. 17. Pe-
tam eum imitari.

Conf. 1. Iustitia est virtus voluntatis, quae
tribuit cuique, quod suum est.

Conf. 2. Incitamenta 1. natura, quae corpus
rectum homini dedit, ut ex corpore iustitiae
rectitudinis hominem admoneret. 2. Iusti-
tia voluntatem Dei implemus; *Indicabo tibi
ô homo, &c.* apud Michæam. 3. Dominus, cui
placere

Feria 6. Domin. 15. post Pentecost. 495

placere cupimus, amator est iustitiæ. 5. Exemplum D: IESU IUSTISSIMI IN DANDO Deo, quod Dei est, pro nobis satisfaciendo, & mundum ad rectitudinem revocando.

Conf. 3. Actiones ejus: 1. in præsidibus, zelare pro legibus, bona præmio afficere, subditorum utilitates suis emolumentis præferre, nulli particulari affectu esse familiarum. 2. In subditis, legibus parere, cum concivibus concordiam servare, neminem malis exemplis lædere. 3. In distributionibus proportionem bonorum ad necessitatem, & diligentiã personarum servare, omnem præsumptionem & ambitionem detestari. 4. In his, quibus bona distribuuntur, necessarijs sibi contentum esse, nihil ultra necessitatem cum primaria aliorum admittere, non ingerere se ad dignitates, dum vocaris parere, & suæ electioni non pertinaciter resistere. 5. In omnibus nemini damnum inferre, verbo, facto, signo, consilio. 6. Bene de proximo sentire, facta ejus in melius interpretari, illum honore debito afficere, excusare, defendere, in bono promovere. 7. In imbecilibus, ad statuta servanda se animare communia, cum non possunt, à præside humiliter dispensationem petere, si adsit, si longè absit, cum timore Domini per Epikiam statutum, aut legem interpretari. Glorificabo Dominum

meum

496 *Sabbato Domin. 15. post Pentecost.*
meum ob hanc virtutem mihi datum in
exemplum. Erubescam, quòd nec majoribus
honorem, nec æqualibus obsequia, nec mi-
noribus exemplum tribuo. Petam me e-
mendare.

MEDITATIO CCLXXIX.
Sabbato Domin. 15. post Pentecost.
Quomodo B. Virgo excelluerit in
his virtutibus.

Aspiciam B. Virginem fiducia, fortitudine,
gaudio spiritûs, gratitudine, humilitate,
iustitia, quasi quoddam cœlum stellis exor-
natum. Petam Dominae meae esse similior.
Conf. 1. B. virginem ornata m fiducia, in
petitione potûs in nuptijs. Fortitudine, quã
Richard. cap. 76. in Cant. vocat: Mulierem
fortem. S. Bernard. serm. 3. sup. Salv. Regim.
Omnibus firmamentis firmius firmamentum.
Plenam gaudio spiritûs, quam Joann. Geo-
metra Hymn. 3. de B. Virg. appellat apicem
gaudij. S. Germanus de Nativ. B. Virg. Gau-
dium commune mundi; Andreas Cretensis in
Annunt. Genitricem immensi gaudij, & aucto-
ris letitiæ Damascenus orac. 2. de Assumpt.
Obliteratricem unicum mœroris. Plenam gra-
titudine, ut patet in Cantico Magnificat,
Plenam humilitate, juxta illud S. Bernardi.
serm. 1. super missus. Si MARIA humilis non
fuisse,